

15  
74156

MARCI ANTONII  
SABELLI  
SUMMA  
DIVERSORUM TRACTATUUM,  
ac Resolutiones, cum Indice generali  
TOMI SEX.

MARCI ANTONII  
SABELLI

J. C. MUTILIANENSIS,  
SERENISSIMI MAGNI ETRURIAE DUCIS  
Curiae Criminalis Auditoris

SUMMA  
DIVERSORUM TRACTATUUM,  
IN QUIBUS OMNIGENAE UNIVERSI JURIS  
selectiores, methodicae, practicae, ac decisivae Conclusiones circa Ju-  
dicia, Contractus, ultimas voluntates & delicta ad Forum Seculare, Ecclesiasticum, & Consci-  
entiae spectantes, ad instar uberrimi REPERTORII ordine alphabetico habentur, & à pro-  
batissimis hujus ætatis neotericis Auctoribus, ac quarumvis materiarum Decisionibus, præci-  
puè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ, Urbis & Orbis Areopagi confirmatæ, cum  
locis ubi Materiae distinctæ, eruditè, & copiosissimè pertractantur,

*Opus omnibus Judicibus, Advocatis, Procuratoribus,  
cæterisque Jurisprudentiæ Professoribus maximè utile, & ad elevandos labores appri-  
mè necessarium, dum veluti in Promptuario serè omnia ad Fori, Polique praxim & usum quotidianum  
pertinentia, summo studio, ac diligentia adnotata exhibentur, unà cum Compendio  
JUDICIS PERFECTI, sive Discursus de prohibita munerum & precum datione  
ac receptione Judicibus, cæterisque Officialibus publicis*

EDITIO NOVISSIMA, & INNUMERIS ACCESSIONIBUS,  
à GUIDO ANTONIO SABELLO J. C. ET EQUITE, Auctoris Filio, magno studio collectis, ac pro-  
prius locis utiliter insertis locupletata, nunc verò novissimâ hac editione quamplurimis  
Additamentis in calce apposisis augmentata.

TOMUS PRIMUS.



M. D.

CC. VII.


COLONIAE

Sumpt. WILHELMI METTERNICH Bibliop.

*Sub Signo Gryphi. Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majestatis.*

# A U C T O R

## AD LECTOREM SUMMÆ.



**N**on tibi, sed mihi sub compendio scripsit am, Amice Lector, neque scripta ista evulgandi animas unquam fuit, nisi postquam ad hanc summam perlatam creverint volumina, & suggestio quædam, ut puto, vel magis cupio à spiritu charitatis ducta pulsare cœperit, fore & aliis profutura si in lucem darent; licet modo tempus, & vires deficiant formam mutandi, & in meliorem redigendi, prout ingenii tui sublimitas postularet: Sed quæcumque à manu sunt per multos annos elucubrata (non in scirpo nodum quærens, sed utilitati consulens) penes me hucusque ferè inutilia, ne dicam apud quosdam temporum calamitate danosa, etsi nonnulla mutila, & alia abundantia, tibi libenter offero, ut meliorem, si libet, utaris fato, temporis consumpti rationem reddam, & ut talentum à Domino donatum, cum peritæ nequam prorjus abiecidisse videar. Multa sunt pro veteranis Professoribus ad merendum, & pro junioribus ad demonstrandum, quæ admodum ad juris, vel Doctorum fuit unde sumpsi, me retuli, ne ulterius cresceret Opus, quod totum plura ad libitum implebit volumina, & horum primum utcumque præsertim exhibetur; alia si gratum esse conspicietur, sub incessante Prælo cadentur, seu minus in sua privata sorte, ac cuius usum parata fuerit, remanebunt: sique tuum erit publici, vel privati iuris officii: hoc nunc tibi compertum sit, jam omnia esse disposita, nec aliud quam tuæ benignitatis testimonium, & Impressorum commodum expectari. Si quid dignum intellectu, & usibus tuis reperies, id illi acceptum referas, à quo omne datum optimum desursum est, descendens à Patre luminum; & quæ dat sapientiam parvulis, abiecidita illis rehelat; & linguas infantium facit disertas.

Optimam lahoris illi casti, in quibus etatem consumpsi, mihi ex infinita Bonitate Dei, qui dedit velle, & posse adscribere ad salutem, prout sæpissimè de hoc illam rogavi, & nunc humillimè exoro, & jam omnia consecutus essem. Rogo & vos, quibus fortasse placuerit summam perlegere, ut teneant, quæ libet, & non carpant, sed humaniter, quæ non placeant, emendent, scientes nil ad lucubrandum aurius, nil mollius ad iudicandum.

Aliorum ingenio libenter & ratione cedo, meum tantum laborem pro aliis sublevandis profiteor, & gratum cupio, ad professionem sequèdem omnia tendunt, & non queritur plausus, sed tantummodo salus, & indulgentia de audacia desideratur, quam etsi fortè non assequar, non invidior, sciens communem scribentium sortem, & Lectorum conditionem, nec cuiusquam sane hucusque ab omnibus par sum nominis, imò meliora sæpe ab indoctis impugnari, sed & mediocria etiam à sapientibus commendari, nec laudem, gloriamque consequi quem nullus odit, & cui nemo contrahit, sed per contraria virtutem elucescere magis, quam magis.

*Labor sine præmio felix:  
Honor sine honore beatus:  
Felix sine pretio virtus:  
Vita sine vita beata.*

*Vale, equi, bonique consule, & meliora semper insequentibus voluminibus expecta.*

*Auriculas captas verborum copia, corda*

*Vox operum: Bipedes hæc iuvat, illa placent.*

## PRIVILEGIUM CÆSAREUM

**L**eopoldus Dei gratiâ Romanorum Imperator, Germaniæ, Hungariæ, Bobemiæ Rex &c. Notum facimus quòd dilectis nobis Jodocus Glorius humillimè pro imprimenda Summa diversorum Tractatum Marci Antonii Sabelli Cæsareum nostram privilegium cum indemnitate consueta supplicando petierit. Nos iuxta precibus benignè annuentes, hoc nostrum typographicum illi privilegium, ceteris impertimur, ut nemo intra Imperii Rom. Regnorum, Provinciarumque nostrarum fines eandem Sabelli Summam sub pœna confiscationis exemplarium, & viginti marcarum auri absque ulla spe remissionis audeat intra decennium, à primâ editionis diè computandum recudere, clamare, palam vendere & distrabere, &c. ut latius in originali constinetur. Datum Vienne quartâ Decembris 1702.

Leopoldus.

Ut D. A. C. Kaunitz.

*Privilegium hoc Cæsareum Summæ M. A. Sabelli præfatus Jodocus Glorius cum ratificatione & notificatione Cancellariæ &c. possit plenariè WILHELMO METTERNICH Bibliopole Colonienli 17. Martii 1702.*

*F. W. Mensbenger*

*Hæc editio primum prodit  
in mense Julio. 1707.*

*m. p.*



# MARCI ANTONII SABELLI I. V. D. MUTILIANENSIS

Discursus de prohibita Munerum, & precum datione, interpositione, ac receptione,  
Iudicibus, aliisque Ministris publicis, & maximè pro foro  
Conscientiæ perutilis & necessarius.

### SUMMARIUM.

- 1 **I**udices seruire debent Deo, & iustitiamam mundas, alias multa circumstantiis.
- 2 Iudici habeant congruum salarium, & num. 25. & 26.
- 3 Pœna contra Iudices corruptos.
- 4 Officiales tenentur se invicem de characteris revelare, & num. 68.
- 5 Iudici quando, & per quos dicuntur corrupti.
- 6 Mœner a iuri iure prohibita, aliter autem facta, & rapio.
- 7 Qualiter sint prohibita de iure Divino.
- 8 De iure Canonico.
- 9 De iure Civili, &c.
- 10 De iure Municipali.
- 11 Necessitas periculis obligat in conscientia, & num. 41. & seqq.
- 12 Rana, & alibi prohibita munera, & qualia, & n. 13.
- 13 Excommunicatio, & alia pœna contra dantes, & recipientes.
- 14 Ignorantia an excuset à conscientia, & alibi periculis.
- 15 Quot modis humanum pervertatur iudicium.
- 17 Prohibita muneribus non comprehendit consanguineos, & affines.
- 18 An comprehendat Amicos.
- 19 An arbitri Iudices non habeant salarium, vel tamen, & num. 38.
- 22 Iudici an teneantur seruire tantis mercedis antiquis, & num. 70.
- 23 Incommodum de observantia statutorum quomodo intelligatur, & num. 61.
- 24 Iudici an in causa remuneratiois possint aliquid recipere.
- 25 Adversus Theologos in hac materia.
- 26 Iudices an possint recipere à non habentibus litem.
- 27 An à non subditis, & à personis Ecclesiasticis, & n. 24.
- 29 Ecclesiastici quando forum seculare sortiantur.
- 30 Iudici an post sententiam, vel factum officium possint recipere munera.
- 31 Esolentia, & potentia servata moderamine nullo iure sunt prohibita, & n. 67.
- 32 Non iure natura.
- 33 Non iure Divino, & n. 38.
- 34 Non iure Canonico.
- 35 Non iure Civili antiquo.
- 37 Iudici facti in seculis, & periculo iustitia, que post se recipere.
- 38 An de iure teneantur possint recipere munera.
- 39 An de iure iustro Municipali.
- 40 Legi Civili quando non obligent in conscientia, & quas interpretationes admittant in hac materia, & num. 41. & seqq.

Sabelli Sum. Tract. Tom. I.

- 41 Gabella an possit fraudari in foro conscientie remissivè.
- 44 Principi seculari an presumatur velle obligare in conscientia, & num. 81.
- 45 Lex non obligat cessante illius ratione.
- 46 Lex in prosumptiois fundata cessat, ubi veritas est in contrarium.
- 47 Contemptus legis in quo consistat, ut sit peccatum.
- 49 Lex per consuetudinem abrogata non obligat, & quando possit abrogari, vel non, & n. 57. & 60.
- 50 Consuetudo quando excuset à peccato.
- 51 Princeps sciens, & non puniens dicitur permittere, & n. 67.
- 52 Inferiores an possint derogare legibus superiorum.
- 53 Alia que requiruntur ad derogandum legi.
- 54 Consuetudo attendenda circa munera, & n. 58.
- 55 Consuetudine si ante nullum est debitum in accipiente.
- 56 Consuetudo quando inducat obligatioem dandi munera.
- 57 Consuetudo quando deroget legi, vel non, & n. 61.
- 59 Consuetudo circa munera quando non recipienda.
- 62 Conclusio circa recepta cum usum terna.
- 63 Esolentia, & potentia in qua quantum permissa, & num. 59.
- 64 Adversus a quibus recipere non debent.
- 65 Iudices Ecclesiastici an possint munera recipere, & num. 68.
- 66 Consuetudo reprobatam intelligitur de preterita.
- 67 Scientia ministrorum an sufficiat ad derogationem legis.
- 69 Dantes munera peccant in casibus prohibitis, & quando illi possint excusari, & n. 35. & seqq.
- 70 Esolentia, & potentia permissa etiam in foro exteriori.
- 71 Principes an bene provideant omnia munera prohibenda.
- 72 Recipientes munera prohibita, an teneantur ad restitutionem, distinguere, & num. 59.
- 74 Restitutio an, & cui sit facienda, & num. 59.
- 76 Accepta pro delicto patrandi, an possint retineri.
- 77 Iudices, vel alii per precium delinquentes ad quid obligentur.
- 78 Recipientes pro iustitia facienda, an teneantur ad restitutionem.
- 79 Quid si recipient ultra debitum salarium.
- 80 Quid si à precibus dantibus non teneantur officii.
- 81 Leges seculares non obligant ad restitutionem ante Iudicium sententiam, & num. 59.
- 82 Iudices an teneantur ad restitutionem munerum ante iudicium sententiam.
- 83 Quid si alius per ipso facto impisset.
- 86 Quid si a Censura Ecclesiastica.
- 87 Declaratoria debet se qui servato iure videtur.
- 88 Pœna preteritum, ut etiam cum mala fide.

# NOVISSIMÆ ADDITIONES

Ad hunc primum Tomum

## SUMMÆ SABELLÆ,

Diversorum Juris Procerum Allegationes, & Decisiones continentes;

PER GUIDDUM ANTONIUM SABELLUM I. G.

Et in Sacra atque Illustrissima D. Stephani Serenissimi Magni Etruriæ Ducis Religione Equitem

Recollecta, atque Argumentis, & Summariis ornatæ.

*In quibus nonnullæ Quæstiones confirmantes plures hujus Summæ Conclusiones aguntur.*

### CAPUT I.

**R**eciprocum fideicommissum an, & quando censetur indistinctum inter plures substitutos etiam diversorum linearum, & non solum respectu portionis paternæ uniuscujusque, sed etiam portionum aliorum institutorum, vel substitutorum. Jus accrescendi an, & quando locum habeat in fideicommissis, & quando ex prohibitione alienandi adjecta causa *quia voluit &c.* resultet absolutum fideicommissum, non tantum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis.

### CAPUT II.

De eo penes quem res furata fuit reperta, an possit inquiri: An teneatur eam restituere sibi non reddito pretio: Qualiter testis deponere debeat quando dicit aliquem vidisse de nocte: Quando auxiliator, & assessor post delictum possit puniri: Quale indicium resultet ex dicto loci criminis aliam nominantis: & quæ requirantur ut locus criminis aliquod faciat indicium.

### CAPUT III.

Appellatione descendendum masculinorum an, & quando veniant etiam masculi à feminis descendentes plene discutitur.

### CAPUT IV.

Conductor non potest ante tempus expelli, nec ipse recedere a locazione, nisi in certis casibus enumeratis. Emptor quando teneatur stare locationi: & an saltem solvenda interesse possit conductorem expellere, quid in aliis singularibus successibus: Quæ expensæ pertineant ad locatorem, vel ad conductorem, & an ipsi conductori pro expensis factis, & pro collectis solutis competat retentio.

### CAPUT V.

An statutum excludens feminas, & earum descendentes, habeat locum ubi ageretur de hereditate feminæ.

### CAPUT VI.

Appellatione filiorum, vel filiarum, sive liberorum, an, & quando veniant nepotes, vel neptes etiam in transversalibus &c.

### CAPUT VII.

Causæ coram quo iudice sint agendæ, an Ecclē-

siastico, vel seculari, si inter litigantes ad sit Clericus, vel monialis, an possint dividi &c.

### CAPUT VIII.

Corpus delicti quomodo constare debeat in delictis veneni, an sufficiat per conjecturas: An Judex teneatur sequi iudicium medicorum, de origine, & fallacia artis medicæ: venenum ex quibus arguatur propinarum, & alia plura ad rem.

### CAPUT IX.

An detur distinctio patrimonii in hereditate parentum per filium adita, ut eo defuncto devolvatur ad masculos, foeminas in totum exclusis, vel admisis in maternis.

### CAPUT X.

An, & quibus servatis possit ad torturam procedi ex processu informativo. Corpus delicti quomodo constare debeat in crimine monetarum. Pena tritremium an possit imponi torto, qui negativam in tormento capræ sustinuit &c.

### CAPUT XI.

Institor mensæ nummulariæ, an, & quando, & pro qua summa possit obligare, vel non rationem hancariam.

### CAPUT XII.

Executor testamenti si sit incertus, quia ejus nomen sit relictum in albo, arguitur ex conjecturis, hinc inde ponderatis inter plures prætendentes.

### CAPUT XIII.

Regulares qualiter possint habere administrationem, & usum peculii proprii, sine læsione voti paupertatis, & illis ad Episcopatum promovendis assignati congrua, ex bonis conventus.

### CAPUT XIV.

Fideicommissum incompatible renunciarum, an possit per filios renunciantis postea natos, ex propria persona venientes advocari ab eis, quibus sunt delatum &c.

### CAPUT XV.

Consultatio ad defensionem homicidæ verbi injuriis provocati.

### CAPUT XVI.

Fur pro tribus furtis, vel uno magno etiam confessus, à fura eripitur.